



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Academici pro Canisio retinendo certant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

dedit in manus peccatorum. Dominus Aluarus nouit hunc nimis fortem amorem meum, idq; ut ipse aliquādo putare videtur, suo magno incommodo. Sed vt iam dixi sic stat sententia animi mei, quod libentius sum auditurus vnumquemq; vestrūm, loquor maximē de Magistro Petro, & de Domino Aluaro, mortuum esse, & cum Magistro Lamberto sepultum, quam alibi bene habere. Ha-
Etens Faber.

Et sanè deterrima, si vñquam, Coloniæ erant tempora, cùm Antistes ipse Hermannus VVeda, qui clavum tenebat diuinarum humanarumque rerum, post longam fluctuationem, tandem errorum salo demersus, totam illam secum inclytam nauim in profundum raptatum ibat. Sed breui & fallacia patefacta aduersariorum, & illustrata sociorum virtute permissi sunt iterum eadem domo coniungi. Metuerant Academicī, ne Patres Canisium auocarent, eoque vt Faber modò significabat, literis ad B. Ignatium, & ad P. Nicolaum Bobadillam, qui haud Colonia procul aberat, primo vere anni eius datis, institerant, ne per aliquot annos abduceretur. Sua interesse memorantes corpus Theologorum talibus exornare membris; proq; experimento, quod suæ ille, & doctrinæ

*Academicī
pro Canisio
retinendo
certant.*

E 3 &